Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Jere

pplm apphenderunt eum sacerdotes et pphete et omis pplus dicentes
morte moriere Quare pphetasti in nomine dni dicens Siciut Silo
erit domus hec et urbs ista desolabitur ita ut non sit habitator Et con
gregatus est omis pplus adversus Jeremiam in domo dni Et audierunt
principes juda verba hec et ascenderunt de domo regis in domum dni
Et sederunt in introitu porte domus dni nove Et sacerdotes et pphe
te locuti sunt ad principes et ad omnem pplm dicentes Judicium mortis
est vir huic quia pphetasti adversus civitatem istam sicut audistis au
ribus vestris Et ait Jeremias ad omnes principes et ad universum pplm
dicens Dns misit me ut pphetarem ad domum istam et ad civitatem
hanc omia verba quae audistis Nunc ergo bonas facite vias vestras
et studia vestra et audite vocem dni dei vestri et penitebit dnm malis
quae locutus est adversum vos Ego autem ecce in manibus vestris sum
quasi bonum et rectum est in oculis vestris Verumtamen scitote et cog
noscite quia si occideritis me sanguinem innocentem tradetis super
vos metipsos et super civitatem istam et habitatores eius In veritate enim
misit me dns ad vos ut loquerer in auribus vestris omia verba hec Et
dixerunt principes et omis pplus ad sacerdotes et pphetas Non est
vir huic judicium mortis quia in nomine dni dei nostri locutus est ad nos
Surrexerunt igitur viri de senioribus terre et dixerunt ad omnem
cetum pplm laquentes Michias de Morasthim fuit ppheta in diebus
Ezechie regis juda et ait ad omnem pplm juda dicens Hec dicit dns
exercituum Sion quasi ager arabitur et Jerusalem in acervum lapi
dum erit et mons domus in excelsa silvarum Nunquid morte con
demnavit eum Ezechias rex juda et omis juda Nunquid non timuerit
dnm et deprecatus est faciem dni et penituit dnm malis quae lo
cutus fuerat adversum eos Igitur nos faciamus malum contra animas
nras Fuit quoque vir pphetans in nomine dni Urias filius Semey
de Cariathiarim et pphetavit adversus civitatem istam et adversus
terram hanc juxta omia verba Jeremie Et audivit rex Joachim et
omnes principes et potentes eius universa verba hec Et quesivit rex
interficere eum Et audivit Urias et timuit fugitque et ingressus est
egiptum Et misit rex Joachim viros in egiptum Elnathan filium